

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ,
*Vitam & Merita M. ISAACI B.
ROTHOVII,*

*Episcopi q. Aboënsis,
Exposituræ,*

*Particulam XVII:mam
Consensu Facult. Philos. in Acad. Ab.
PRÆSIDE*

JOH. FREDR. WALLENIO,
Eloqu. Prof. Publ. & Ord. Imper. Ord. de S. Wolodim. in
quarta classe Equite, & Societt. Oeconn. Imp. Fenn. atque
Reg. Wermel, nec non Societ. Patriot. Hotm. Membro,

*Pro Exercitio
Publicæ disquisitioni subjicit*

CAROLUS NICOLAUS KECKMAN,
Ostrobothnienfis.

In Auditorio Superiori die XIII Junii MDCCCXII.

Horis a. m. consuetis.

GRADUUM MAGISTRI

ABOÆ,
In Officina FRENCKELLIANA.

MIN FAR,

HANDELMANNEN I ULEÅBORG

Herr LARS HENRIC KECKMAN,

Tillegnas dessa blad af en

Väcksam och lydig Son

CARL NICLAS.

THESES RESPONDENTIS.

Thefis I.

Epiſtolam Horatii ad Pifones, quæ etiam de Arte Poëtica inscribitur, non ad Lućium, ſed ad Cneium Calpurnium Piſonem (anno urbis 731 cum Auguſto Consulem) bujusque filios Cneium & Lućum ſcriptam eſe, cum Batavis Clariffimis van Reenen & van Lennep firmiter credimus.

Theſ. II. Minus vero ad liquidum pérducta videtur lis de ipſo Poëmatiſ confiſlio, & cur Piſonibus, nec patrī tantum, ſed adolescentibus quoque filiis miſſum illud fuerit. Ab iis ſaltem haudquaquam ſtamus, qui nihil aliud propositum fuiffe Vali autumant, quam ut majorem natu filium, ad verſus faejendos propenſiorem, ab hoc studio deterreteret: quæ quidem ſententia & operenſore carminis apparatu & aliis bene mul- tis rebus facile refellitur.

Theſ. III. Neque videtur tamen vel nobis imprōbabile, fuife ma- jorem illum Piſonum juñiorum, Cneum, utpote natura ſublimem & a- crem (Tacit. Annal. L. II c. 43, 55, 57.), iisque viventem tempo- ribus, quibus carmina indocti doctique paſſim ſcriberent & ipſi adeo pu- eri diſtaſſent (A. P. v. 382, L. II. ep. I. v. 109 ſq. 117.), aut jam e nobilibus ſcriptoribus (L. I. ep. 19. v. 39.) unum, aut certe poëticæ laudis avidum: quem igitur, ne, quidquid ſcripſiſſet, temere probaret, ſuique ævi hominum ad morem, limae offendereſetur labore, mora malove pudore (L. II. ep. 2. v. 108 ep. I. v. 167. A. P. v. 290. ſq.) aut mediocritatem Vatum ulli confeſſam arbitrareſetur, expreſſis quidem verbiſ (v. 366 – 390.) admoniſum voluit Poëta.

Theſ. IV. Univerſum autem ſpectantibus Poëmatiſ confiſlio faci- le, ut putamus, apparebit, eo respici non tam Piſones, liberalius o- minino & eruditius, quam illo ſolebat tempore Romana juventus (v. 325. ſqq.), educatos, quam potius magnam illam ineptorum de plebe poëtarum turbam, quorum ſatuitatem falſamque artis & de arte per- feſionem Epifola didactico-satyrica ita exagitat Horatius, ut magnam veræ Poëſeos diſſicultatem, precepta ejus potiora tradendo, origines in- veſtigando, incrementorum lentitudinem commoniſtrando, & fontes, ſco- pum utilitatesque indicando, petitiſ inprimis e Dramatico genere exempliſ, ob oculos ponat; ſed, ut Epifola decet, & libero ordine, & parciōri, nec per omnia tamen capita aequabili, eruditioſis apparatu.

Theſ. V. Eſt quoque magna hanc inter Epifolam illamque, quæ Auguſto inſcripta Secundum Librum orditut, materiæ, majorque etiam traſtationis ſimilitudo, & ea quidem tanta, ut altero poëmate alterius quaſi continuationem exhiberi haud immerito censuerit Hurdius. Quem- admodum enim in illa ad Piſones, hiſtoria quædam Grece Poëſeos lau- desque Poëtarum utriusque gentis artis præceptis paſſim impinguntur: ſic in altera ad Auguſtum enarrationi fatorum Poëſeos Romanæ judicio- que, quo hujs inprimis populi Vates aſſimantur, multa immiſſentur ad diuinam artem perficiendam apprime conducentia monita,

Theſ. VI.

Theſ. VI. Laudata tantopere Veteribus, noſtroque ævo magna
eum jactantia reviviscent Mnemonica Ars, ad quam reſpexiſſe etiam
Horatius L. II. ſat. 4. v. 2, 6. ſq. putatur, opprime potius quam ju-
vare memoriam, & ad ostentationem magis quam veram eruditioñem
comparata eſſe nobis quidem, quantumvis aliter ſentiat Cicero (de Orat.
L. II. c. 8. l. 360.), videtur. Cum tamen & tota in ordine ſit poſita,
& veris nitatur principiis psychologicis, haud omni eam carere utilitate
facile patet; quod etiam Tabulae illæ Synchronisticæ, Historiæ univer-
ſali diſcendæ haud parum afferentes adjumenti, demonstrant.

LECTORIBUS

PRÆSES.

Vitam laudesque Procancellarii ad Academiam noſram pri-
mi, ISAACI B. ROTHOVII ſcribere aggressus ante ſedecim an-
nos erat Theologiæ tum temporis Professor, deinde Doctor,
tandemque in Epifcopali ſimulque Academico munere post
ROTHOVIUM duodecimus, Reverendiss. D:n. JAC. TENGSTRÖM,
novenque operis particulas a totidem Lycei noſtri alumnis
publicæ ſubjectas diſquiftioni cum orbe eruditio annis 1796—
1801 Ipſe communicaverat. Stetit deinde per integrum septen-
nium opus, scripto quidem abſolutum, ſed in ſchedis Aucto-
ris, e Cathedra Academica in altius ſolium interea eveſti, la-
tens, donec, vergente ad finem anno 1802, id votis daretur
Historiæ noſtræ amantium, ut, quod reſtabat, publicandum
committeretur. Celeberrimo Historiarum & Moralium apud
nos Professori FRANC. MICH. FRANZÉN: quo etiam Præſide
ſeptem intra biennium prodierunt ejusdem particulae. Super-
funt duæ, quas Fennicis Muſis præter ſpem exſpectationem
que omnium noſtrum valedicens alter hicce Editor, cum bo-
na Auctoris venia, evulgari a me voluit; in quo negotio
quantumvis alienas, non meas tuear partes, non id tantum
laetor multorum optatis per me iri ſatisfactum, verum & per-
commode exque animo mihi accidiffe, ut, quod Respondentis
ipſo Auctore nati opera adjutus auſpicatus fuiffet ſincere
di-
lectus quondam Collèga, id ego uterino huius fratre uſus in-
cepti comite ingrederer.

rum ratione amplam atque luculentam omnino tradidit (').

Duo inierat matrimonia. In priori, quod d.
29 Oct. a. 1604 Neocopiæ contraxerat, uxorem ha-
buit Annam, filiam Consulis nonnatae Civitatis
Erici Laurentii, neptim ex filia M. Petri Jonæ,
K k Epi-

vois collocata; item a sic dictis *Preskepenningar*, pro
176 $\frac{1}{2}$ portionibus virilibus (*mantal*) annexæ suæ Ecclesiæ
Pargas (9 öreS:mt à mantalet) pendendis, ut alia omittam;
facile intelligent Lectores nostri Rothovium, cum publi-
cas officii sui partes impigre & scire, ut bonum & pium
virum decuit, administraret, nec minori solertia privatis
suis invigilasle commodis, sicque prudenter temporibus
serviisse, quibus nempe jam, in optimis imo civibus, mos
invaluerat bona juraque Fisci certatim quasi, & quoad
Superiorum venia fieri potuit, in privatam transferendi
potestatem.

* Transibant nempe ad liberos ejus non modo supra nomi-
nata prædia Coronæ tributaria, ex regia gratia Rotho-
vio ejusque hæredibus in temporariam posessionem de-
legata, verum & hæreditatis jure villæ rusticæ parenti-
bus dudum propriæ, nimurum *Kålli* & *Hylkilax* in *Kax-
kerta*, & *Tenby* in *Pargas*. Et cum præterea summam
argenti haud contemnendam Coronæ fœnori dedisset,
in fidem commodati oppignorata tenuerunt IV prædia
pagi *Sysilax* in *Pargas*, unum *Gunnarsnäs* ibidem,
unumque itidem (nonen latet) in parœcia *Lundå*; ex
quibus omnibus certo certius constat ipsum locupletes satis
copiais rei familiaris supersites suos reliquisse hæredes.

Episcopi Strengensis (*). Quot vero annos hanc
thori sociam in vivis habuerit ignoramus, æque ac nos
latet an liberos, & quosnam, ab illa suscepere?
Ipsa vero mortua ad secundas nuptias transiit, (de
anno nil certi constat?) cum Catharina, Pastoris in
Östra Husby Andréæ Nicolai filia (**); quam circa
initium a. 1647 ipsi morte erectam fuisse conjicere
licet ex litteris consolatoriis, obitum pie defunctæ
commemorantibus, quas d. 7 Maii nominati anni
ad ROTHOVIUM miserat Cancellarius Regni III.
Com. Ax. OXENSTIerna (***).

Ex

(*) Concionem, quam his in nuptiis habuit SYLVESTER JO-
HANNIS PHRYGIUS, Poëta Laureatus Cæsareus & Rector
Scholæ Lineop. (denique primus Superintendens Gotbob.)
typis excusam vidimus hoc titulo: *Brudepredikan öfver
Kyrkoberden i Nyköping II. Berg. Rothoviis och Jung-
fru Anna Ericbs dotter.* Stockh. 1695. 5 ark 8:o.

(**) Genealogia Rothoviana M S. a quodam LAUR. WOLT.
ROTHOF a. 1759 Alingsasæ qualitercunque compilata,
(vid. supra p. 7 not.) illam *Catharinam Johannis* ap-
pellat; nos auctoritati Nob. v. STJERNMAN (Adel. Matr.
T. I. p. 660) potiori jure fidendum putavimus.

(***) Impressæ sunt hæ Litteræ, prolixum & amicissimum
summi Mæcenatis in ROTHOVIUM nostrum satis superque
testantes animum, tam in *Actis Litt. Svec.* Vol. I. p.
469 seqq. quam in *Mem. concernant Christine Reine de
Suede* p. ARCKENHOLTZ T. IV. pag. 369. Mentionem

Ex his Conjugibus, sive ex harum alterutra,
 (nam non satis liquet?) ROTHOVIO natos fuisse VI
 filios & III filias, e variis Rothovianam Familiam
 K k 2 spe

simul injicit vigilantissimus Orthodoxæ Svecanæ vindic
 atque arbiter controversiarum in Comitiis ejusdem anni
 vehementer agitatarum de *Ep. Strengn.* JOHANNIS MAT-
 THIE *Idea boni ordinis & de Formula Concordie*, an pro
 Libro Symbolico Ecclesiæ Svecanæ jure æstimari debeat,
 nec ne? Cfr. *Minne öfver TERSERUS* p. 11 seqq.) Qui-
 bus denique addit: *Id unum pro amicitia nostra mu-*
nendus mihi videris, ut pro autoritate muneris tui
cum Dominis Theologiae Professoribus in Academia A-
boensi summo studio agas, velint in eo omnem nervum
intendere, quo Liber Concordiae cunctis diligentissime
inculcetur, & super eo, tanquam commodissimo argu-
mento, disputationes Theologicæ in Collegiis privatim
instituantur, idque ut juventus ab irente ætate veris
Theologiae principiis imbuta, nec per negligentiam, nec
per aliorum persuasions, ab agnita veritatis funda-
mentis abstrabatur. — Consensisse his genuinæ Luthe-
 ranæ Orthodoxæ conservandæ studiis Acad. Ab. Cancella-
 riū Ill. Com. P. BRAHE patet ex Protoc. *Conf. Eccles.*
 d. 17 Maij ejusdem anni 1647, ubi hæc leguntur: *Be-*
rättar M. Martinus Stodius, (e Comitiis nempe nuper
finitis redux. Cfr. supra pag. 60 seqq.) att Cancellarius
bassuer sagdt, rådt och förmandt, att Presterkapet
acpta Religionem, läses in Academiis Liber Concordiæ,
att inge Studenter fåndas till Niderlandb och Enge-
landb till att studera, för den Calviniske Läriones skull;
och skriffues Bookföraren till att införa Librum Concor-

spectantibus monumentis didicimus (*); de quibus
nobis innotuere pauca quæ sequuntur:

FILII:

1. BIRGERUS, quem natu maximum ideo ar-
bitramur, quod prior reliquis fratribus ingenio
& eruditione inclaruerit, edita nempe a. 1632 Rosto-
chii Dissertatione Acad. sub præsidio M. ERNESTI
MYLII, de *Potentia & Actu* 4:o fratribusque *Abra-
hamo, Isaaco, Carolo & Laurentio* dedicata; (*Jonam
tum non nisi tres annos natum plane omittit.*) in
eujus rubro nomen ejus comparet mire satis hunc in-
modum (nescio qua ex causa?) contortum: *Berge-
rus de Rothovio Isaacus.* Juvenem obiisse putamus,
quum nullam alibi ejus factam mentionem in-
venimus (**).

2. A.

*dix, att Ungdomen må fåå kēōpan. Sed hæc, antece-
dentibus jam inferenda, in transcurso quasi attigisse
fussiciat, seculi polemici valde haud dubia indicia.*

(*) Refert dicta Genealogia ROTHOVNUM XVIII habuisse li-
beros, quamvis nec plures nominet, quam quos nos jam
recensemus, nec accuratius explicit quot & quos ex
hac vel illa Conjuge suscepserit.

(**) Hic Birgerus, fratersque *Abrahamus*, versibus Latinis
a. 1629 Parenti, Orationem suam Synodalem de *Ministe-
rio Ecclesiastico* Upsaliæ typis edituro, gratulati sunt.

2. ABRAHAMUS cuius annus nativitatis æque latet, quem vero, præente Birgeri laudata dedicatione, sequentibus præponimus. Etiam hunc ROTHOVII filium litteris operam navasse docet Dissertation, quam Lugduni Batavorum d. 3 Maii anno 1637 edidit, *de optima ratione interpretandarum legum*, Præside Juris Profesore D. JACOBO MESTERTIO, Parentique suo dicavit; cui vero præmatura morte ereptum fuisse inde concludimus, quod in litteris mox uberioris recensendis, quas Pater d. 2 Mart. a. 1648 ad Ill. R. Canc. Com. A. OXENSTIERNAM scripserat, Isaacum apellet filium suum tum temporis natu **maximum**,

3. ISAACUS, Ordinibus sacris initiatus, & a. 1650, edita eodem anno Dissertatione pro gradu: *de causa materiali*, Præf. Log. Prof. A. NyCOPENSI impr. Neocopie 4:o, Philosophiae Magister creatus, post mortem Patris Pastoratum Pargasensem a. 1652 adiit ("); quo vero haud ultra triennium perfunditum

* Petierat Patens indulgentissimus variis supplicibus litteris tam ad Cancell. R. Ill. Com. Ax. OXENSTIERNAM, quam alios quosdam Regui Proceres missis, ut hoc beneficium filio (haud meritissimo?) concederetur; e quibus exempli loco apponere lubet, quæ ad jam nominatum R. Cancellarium, Patronum suum dudum exoptatissimum d. 2 Mart. a. 1648 scripserat: *Högårade Herre! E. Gr.*

Etum fuisse videtur, vacuum munus circa a. 1655
 M. JOH. PRATANO (de quo infra) relinquens. In
 matrimonio habuit CHRISTINAM RATH, Consulis
 Wi-

Nådbe hafuer jagb uti min sorg och ålderdoms bedröf-
 velse tillskrifvit om min åldste Son Isaaco, at han
 genom E. Gr. Nådbe bekommer confirmations bref uppå
 Pargasensem Pastoratum. Åndoch jagb tbet icke haffuer
 bekommitt, hoppas jags likväl utaff E. Gr. Nådbe ett
 önskeligit svar. Tberom jagb haffuer talat medb Vål-
 borne Herren Presidenten (JÖNS KURCK) samt Vålborne Herr
 JOHAN BERENDZ, (cum temporis Satrapa Dalekarliæ &
 gener Senatoris R. JOH. KURCK) Till E. Gr. N:de Jän-
 der jagb copiam off mitt breff på Pargas, hvilket utb-
 vijsar, att en Finsk Försambling bår vidb staden be-
 nämnd Rendämäki haffuer tillförene legat under Biskops
 Embetet; men S. Kungen effterlät migb den andre
 Församblingen i min tijdb, för Svenska språkets skull
 (Vid. Inpræ p. 251.) Nu medhan tijden lijer begåvar
 jagb att min Son må migb in Pastoratu Pargasensi
 succedera, och at then andre Sochnen må liggia under
 Episcopatum igen, såsom förr haffuer varit &c. — De-
 tulerat eandem petitionem Ill. Drotzeto R. & Academie
 Cancellario Com. P. BRAHE, qui in Consistorio Acad. d.
 12 Aug. ejusdem anni præsens eam sua commendatione
 suffultam Senatui Acad. ventilandam proposuit, qua de-
 re hæc in Actis dicti diei leguntur: Proponeadbe H.
 Gr. N:de Academie Cancellarius, buru såsom H. E:ht
 Biskopen hafver begårdt Pargas åtb sin Son H Isack,
 han skulle blijsva dher Pastor, och Rändämäki skulle å-
 ter adsigneras åtb Biskoparne, såsom tbet och tilförende

Wiburg. PETRI RATH filiam, in hoc conjugio matrem unius filii, cui nomen Iсаacus, & unus filiae Margaretha. Post obitum ROTHOVII nupsit viduo Consuli in Fahlun HENRICO KOCK.

4. CA-

varit bafver, eftter som thenne Sochnen ligger här när, at Episcopo loci kan vara thermedb bättre betient. Sædhe och sigb vara thertill benågben, emedan H. E:bt Pro cancellarius bafver tient i så långan tijdb, och nu i sin ålderdom ville gerna försoria sin Son medb någdon lägenheet, allenast H. Iack vore capabel dbertill, och frij för then förra svagheten. (Ebrietati deditum fuisse suspicamur?) 2. Om Sochnen vill emottagba bonom? 3. Om Adelsmän, som dber i Sochnen bafva sina godz, åbre dermedb tillfredz? 4. Om D. D. Aschillus Petrus är icke dbermot? (An quod Archipräposituræ suæ paroecia Pargas subjaceret?) Mente fördenskuld rådbe-ligt vara, att Pro-Cancellarius skulle sättia H. Iack till Kapplan i Pargas så länge han lefver, at man interim kunde förnimma övru han sigb stållandes värder; Begärandes at Senatus Acad. ville sätja sin meningb.— Här om bleff voteret och funnit för godt, att H. Iack skall blifva Kapplan i Pargas till prob på ett eller annat åhr till görandes, spe successionis, att dber han ställer sigb tillbörligen, succederar han sin Fadber eftter hans dödb, bvikens successor utbi Episcopatu kan väl benögd vara medb Råndåmäki. Skall ocb H. E:bt Pro-Cancellarius försäkras utbaff H. G. N:de, så ocb utbaff Confistorio, at Herr Iack bonom i Pastoratet i Pargas succederande värder. Elliest om välbte Pro Cancellarius vill unna sin Son Pastoralia, som the kallas, thet stände

4. CAROLUS, variis litterarum studiis egregie imbutus Dissertationem Aboæ edidit a. 1644 Præside *Polit. Prof. M. MICHAELE WEXIONIO*; postea vero, procurante *Ill. A. OXENSTIERNNA*, stipendio quodam publico sublevatus (*) iter aliquot annorum per varias exteræ regiones instituit, unde a. 1650 redux, ad Juriſprudentiam inprimis colendam & exer-

baos bonom. Inkallades fôrthenskuldb H. E:bt och tækadbe H. G. N. och Senatus therföre, begerandes therpå nu försäkrings skrift. Cum itaque in Nob. v. STIERNMAN: Aboa Litt. p. 43. ISAACUS Iaaci ROTHOVIVS jam a. 1650 *Pastor Pargensis* fuisse dicitur, *Vicarium Pastorem* fuisse credas, redditibus forte pastoralibus ei simul a Patre concessis?

*) Exponunt rem uberiorius Litteræ optimi Patroni ad Patrem Ep. ROTHOVIVM d. 17 Dec. a. 1645 Holmiae datæ: (In Rev. Prof. & Doct. M. FANT Obff. select. Hist. Svec. ilustr. p. 147.) *Commendasti mibi Filium tuum (Carolum) de meliori nota; cumque tibi plures divina benedictione contigerint, rogasti ut pro hoc apud S. R M:tis Dominum nostram intercederem, quo ipsi in aliquot annos stipendum concederetur. Ego hanc naſtus occasionem amorem tui meum declarandi, id egi quo potui studio, atque obtinni, ut clementia S. R. M:tis ipsi filio tuo ex Aboensi veſtigali 200 tbaleri imperiales annuatim spatio triennii numerarentur; quo subsidio tenuiores res tuae ex parte sublevari poterunt, atque filius tuus, si consilio meo paruerit, justamque adhibuerit diligen- tiam, se per Dei gratiam honesti munieris capacem reddet.*

exercendam animum applicuit (*). Consulem Justitiae Urbis Fahlunensis demum factam fuisse perhibet Rev. SPEGEL, (Bisk. Chrón. p. 147) quocum auctor Genealogiae Rothovianæ quodammodo concinit, referens ipsum fuisse Burgrefve i Falun. Desideratur tamen in indice Consulum Fahlunensium, quem exhibet Spec̄t. ABR. HÜLPHERS, rerum hujus generis accuratissimus plerumque scrutator, in suo

L 1

Itine-

(*) Bello exardescente Polonico eum iterum peregre profectum, negotio cuidam publico, ut videtur, intentum; & a Polonis captum fuisse, innuunt litteræ LAURENTII ROTHOVII d. 23 Aug. a. 1656 ad Oecon. Templi Cath. Ab. GUDMUNDUM JACOBI ROTHOVII (necio quo affinitatis gradu LAURENTIO junctum?) missæ, in quibus refert CAROLUS ROTHOF ḏro medb fin Greffue (Quis hic, certo haud constat? suspicor fuisse Seu. R. III. Com. BENED. OXENSTIERNÆ t. t. Gen. Gab. Districtus Warsovienis, fraudulenter a Polonis, fidem datam rumpentibus, captum una cum Com. ARV. WITTEMBERG, multisque aliis Suethici exenitus Praefectis, in ditione urbis Warsovie d. 21 Junii a. 1656; e qua vero captivitate mox insequens celebris R. CAROLI GUSTAVI ad eandem urbem de Polonis dd. 19, 20 & 21 i Juli reportata victoria ipsum liberavit. Cfr. S. PUFENDORFFII Comment: de rebus a R. CAROLO GUSTAVO gestis L. III. §. 22, p. 156.) och många förnåbne Generals Persöner fången af de skelske Päbler, som intet hollo Gr. Wittenbergs accord, men efter denne store Segervinning, båppas jagt de äre löse igen. (Autographon harum Litterarum servatur in Collectione MSS. Historicorum Cel. PORTHAN.)

Itinere Dalecarlico, (*Dalresa p. 357*) ubi hujus loco
infert quandam JOHANNEM RÖTHOF, per bieunum
Burgrefve s. Öfver-Borgmästare i Fahlun, nobis
omnino ignotum; quare b. Episcopi Genealogiae
suæ peritioribus nepotibus hæc altius discutienda
relinquimus. — Matrimonio ei junctam fuisse *Ingri-*
dem Gaveliam ex saepius jam citata Genealogia didi-
cimus.

5. LAURENTIUS, natus a. 1624 & denatus a.
1666. Etjam hunc RÖTHOVII filium litteris ope-
ram dedisse, longumque ad exteris iter suscepisse
novimus (*); quo confecto a. 1654 Inspector Offici-
narum cupræarum in *Avestad* constituitur, uxorem-
que

*) Juvat in testimonium rei attalisse excerpta quædam e
litteris RÖTHOVII Patris ad R. Canc. III. AX. OXENSTIER-
NA d. 18 Aug. a. 1650 missis: *Medban jagb nu vän-
tar, at min Son Carolus skall komma hem till Stock-
holm igen, vill jagb näst Gudb Alsmäktig hafva ho-
nom i E Gr. N:s händer till all godb promotion befallat;
intet tvistandes, att såsom E. Gr. N:de hafver begynt
benom att bågno, varder och thet samma härefter nå-
deligen görandes. — Then andra Laurentium är jagb
så bedräffuad öfauer, att jagb ingen rådb vet, efter
thet han haffuer emot allt hopp rådb och tanckar satt
sig nedb uti Paris i Franckrike, thådan jagb veet
migb aldrig kunna lösan. Och ju längre han där är,
ju mer ökas skulden &c. (In Collectaneis MSS. Nor-
dinianis.)*

que eodem anno duxit *Brigittam*, Assessoris *Leonhardi Johannis* (Leonart Hansons) filiam; ex qua ei natus est filius *Leonardus*, (Bergsfogde i Östra JernBergslagen) cuius filius *Laurentius*, demum Subchiliarcha (*Öfverste-Lieutenant*) Equesque R. Ord. Ensif. in Nobilium Ordinem a. 1721 relatus est, nomine RIDDERHOF (*), Centurionis partibus in Legione *Westmanlandica* tum temporis perfundatus.

6. **JONAS**, natus a. 1629 d. i. Oct. Privata Aboæ aliquamdiu usus informatione M. ENEVALDE SVENONII, primum Academicum Specimen de *Comitiis* in lucem emisit a. 1646 Praef. M. MICHAEL WEXIONIO, eodemque anno & Præside alterum: de *Politices constitutione*. A. 1648 Respondentem egit Dissertationis a SVENONIO publicatæ, de *Axiomate*; quem fidelissimum præceptorem Upsaliæ comitatus, Respondentis loco ibidem defendit a. 1649 ejus Dissertationem: *de legitima vocatione ad munus in Republica*, & a. 1650 ejusdem Theses de *vitijsitate moralis* (**). Visitatis posthac variis exteris populis,

L 12

a. 1664

*) Cir. v. STIERNMAN *Adel. Matr.* d. 2 p. 1429.

**) Iplum circa a. 1656 studiis Theologicis deditum Sacros adire Ordines meditatum fuisse, consilia vero postmodum mutasse, docent jam citatæ LAURENTII ad GUDM. ROTHOVUM litteræ.

a. 1664 d. 25 Nov. R. Dicasterii Holm, Advocatus Fisci, a. 1668 d. 7 Maij Asfessor ibidem, & denique a. 1674 Secretarius Revisorius denominatus est, & d. 30 Sept. a. 1675 Nobilitatis insignibus atque dignitate condecoratus, nomine ROTHÅF. Mortuus Holmiæ d. 29 Jul. a. 1676, Thori sociam sibi elegerat HELENAM Antonii TROTZIG, ex qua filium habuit JONAM, patri superstitem & Legiferi munere denique ornatum, mortuum d. 4 Aug. a. 1721, prole mascula orbum. — Videlicet Patris JONÆ ROTHÅF duxit JOH. HOGHUSEN, demum Satrapa Uplandiæ, & Liberi Baronis dignitate insignitus (°).

FILIAE

¶ Cfr. v. STIERNMAN *Adel. Matr.* D. 1 p. 659. — Præter VI jam allatos Ep. Rothovii filios, occurrit in Actis eoëvis quidam MATTHIAS ROTHOVIUS, Smolandus, jam a. 1646 Conrector Scholæ Helsingforsensis, Philos. Magister Aboë 1650, Rector Scholæ Cathedralis Ab. a. 1664 & mortuus a. 1670. Quamvis in Catalogo Conrectorum Helsingforsensium (*Abo Tidn.* a. 1772. p. 245.) appellatur MATTHIAS Iсаaci ROTHOVIUS, dubitaverim tamen ipsum suis filium Episcopi, cum nec in supra nominata Dedicatione Dissertationis, quam Rostochii a. 1632 edidit BIRGERUS ROTHOVIUS, nec in Genealogia *Rotbovianæ* MS. hujus *Matriæ* ulla mentio fiat. Appellat præter hæc ipsum v. STIERNMAN in *Aboë Litt.* p. 43. MATTHIAM Laurentij, sed ut nobis videtur æque dubio indicio? Ut alios in fastis Finlandiæ sec. XVII:mi & litterariis & ecclesiasticis *Rotbovianæ* nomine insignitos tan-

FILIAE

Episcopi ROTHOVII, maturam ætatem assecutæ, fuere:

1. ELISABETH, quam a. 1628 collocaverat M. SVENONI VIGELIO t. t. Lectori Gymnasii Revalensis, tandem Pastori in *Pedersøre* & Præposito Generali Ostrobothniæ. (Vid. supra p. 53 seqq. ^(*).)

2. MA-

ceam, in *Genealogia gentis* hujusce sæpius oobis commemorata haud obvios. — Interim tamen observandum plerosque faltim *Rothoviorum*, quos jam per bina propæsecula muneribus variis, potissimum Ecclesiasticis, Finländiæ præfuisse novimus, esse posteros JOHANNIS ROTHOVII, fratris Episcopi nostri, Subchiliarchæ & Præfecti Arcis Kexholmensis, (*Överste Lieutenant och Commendant på Kexholm*) quod & dicta *Genealogia* satis comprobatur. — Alterum ROTHOVII nostri fratrem JONAM, cum quo in juventute communia studia exercuerat, *Superintendentem Calmariæ* fuisse, jam supra p. 4 observavimus. Cfr. de ipso ejusque posteris PETRI ZONE ANGERMANNI *Ep. Wex.* Concionem funebrem, in ejus exequijs habitam, impr. Calmariæ a. 1627, & RHYZELII Episcop. P. 2, pag. 76.

^(*) Allatis l. c. ex *Genealogia Rothoviana* addere licet: filiam S. VIGELII CATHARINAM nuptam fuisse 1. Pastori Ecclesiæ in *Eknås* M. JOHANNI BAHN, & 2. Pastori MATTHIEI Simonis Pastori ibidem a. 1679.

2. MARGARETHA, nupsit a. 1643 Med. Professori Aboënsi ERICO ACHRELIO, in hoc conjugio VI liberorum māter, e quibus filius M. DANIEL ACHRELIUS, Eloquentiæ Professor Ab. factus, patri in exequiis ejus parentavit. (Cfr. Åbo Tidn. a. 1793. N. 42. & Dissert. Cel: BILMARK de Professoribus R. Acad. Ab. P. 2 pag. 20.)

3. MARIA, in matrimonium data M. JOHANNI PRATANO, Log. Professori Ab. ad quas nuptias d. 7 Maii a. 1650 celebrandas Parentem filiæ dilectissimæ Litteris d. 19 Apr. proxime p̄æced. omni quo decuit verborum honore, inter alios, Cancellarium quoque Academiæ Ill. Com. P. BRAHE invitasse, ex autographo harum litterarum, in p̄ædio nobili Rydboholm, cum multis aliis ad Historiam Fenniæ & civilem & litterariam spectantibus monumentis, servato, cognovimus. De PRATANO vero e Cathedra Academica primum ad Pastoratum *Pargasensem* (*), & dein ad *Kimitoensem*, translato, jam in antecedentibus, pag. 262 diximus.

Quan-

*) Rem accuratius expedient sequentes Ill. Acad. Cancl. & Com. P. BRAHE ad Consist. Acad. Ab. d. 26 Oct. a. 1655 missæ Litteræ: *Emedan vij förnimme Pargas Pastorat i Finlandb, där ocb vij vår pretention ocb Votum baffle, (Quo jure tituloque hoc urserit haud intelligimus?) ledigt vara, ocb någre af Professoribus*

Quantum quidem ex Actis, quæ consulere nobis licuit, intelleximus, bona firmaque valetudine per omnem fere, ad fessam usque ætatem producetam, vitam usus est; cui nec anxie providus unquam pepercit, modo publicis Ecclesiæ, Reipublicæ Academiæque commodis, vel aliis officiis gravissimi partibus quibuscumque, invigilandum sibi esset (*).

Placi-

Philosophiæ der vidb Academien beklåde Prästeämabet, som heller åstunda att vara medb ett sådant förnämligit giäldb; än medb någon Philosophisk Profession, försörkte; Så aldenstundb det är Constitutionerne likamäktigt, såsom och ungdomen till större nyta och jörforsring, att the Profesores Philosophiæ, som Prester åro, komma ifrån Academien till andre lägenheter, och urge skickelige personer i deras ställe förordnas; Dy är vår vanlige begåbran, at E. Echt och I gode Herrar, en af bte Philosophis, nembl. M. Joban Pratum till Pargas Pastorat promovere, på dedb vij till den Profession han besitter, een annan skickeligh och ungb person mäge kunna färbielpa. &c.

- * Comitia Regni, suo ævo frequentissima, rarius tamen adiit, sive quod deliberationibus quibusvis politicis minus delectaretur, sive quod molestiae longi & periculorum pleni itineris Svecicas inter Fennicasque oras instituendi, ipsum Dioceles suæ Academiæque rebus procurandis labentissime occupatum, domi suæ plerumque detinerent; qua ex causa & Comitiis anni 1635 venia Regia absuit, ipsi sequentibus Litteris d. 2 Oct. ejusdem

Placidos itaque semper, quamvis ingenti negotiorum mole undiquaque obrutus, ad seram usque senectutem transegit annos, finem denique impositurus praeclaræ & egregiæ vitæ curriculo, qualem deceret probum & genuinum Antistitem Ecclesiæ Christi, qui non tam sibi & suis, quam qui Deo, Religioni, Patriæ Litterisque totus quantus & juvenis & senex vixerat. — Proxima die Dominica ante obitum suum solitis sacris in Templo Cathedrali peractis, simulque Cœnæ Dominicæ, pio quo suevit animo, affuerat; cum vero domum rediret, tanta defectione virium laborare cœpit, ut lecto in cumbere statim necesse habuerit, nullis tamen mor-

anni gratosissime concesla: *Vij CHRISTINA* - - Vår yn-
nest - - Efter det Her Biskop *Vij* förnimme utaf
Eder skrifvelse, buru besvärliglit Eder vil falla, syn-
nerligen vidb denne årstijdb och för Eder Ålderdoms
svaghet skuld, att reesa bijt till den berammade Rijcks-
dagb, enkannerligen för den svårheten, som ryggreesan
medb sigb bringa kunne, att på den tijdb till eventyrs
bvarken bårendes eller bristandes varder; Dy baffue *Vij*
sådanne olägenheeter nådigst betracktadt, och ärre der-
med väl till fredz, att I för denne gången bliſve hem-
ma; Dock att I förordne en beskedon och skickeligh-
man uti Edert ställe, som på Edre vegner medb de
andre Biskoparne kan tillsamman tråda, och förnimma
bvadb proponeret bliſuer. *Hvilket Vij* Eder, till eff-
terrättelse &c. &r. (Ex Arch. R. a. 1635 fol. 287 vers.)